



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

BAUMGARTNER AUGUSTIN, *Oratio habita ab oratore illustrissimi d. Alberti ducis Bavariae in generali congregatione sacri Concilii Tridentini, sub s.d.n. Pio pp. IIII. die XXVII: iunii. M.D.LXII. Una cum responsione sanctae Synodi*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 107

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/28>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. I. C. c. 121

C. M. H. 145

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
122

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2412462

D 2412453

5tcl

T 0-op f 107



ORATIO
HABITA AB ORATORE ILLV-
STRISSIMI D. ALBERTI DVCIS
BAVARIAE IN GENERALI

Congregatione Sacri Concilii Tri-
dentini, sub S: D. N. Pio PP:

IIII. die XXVII:

Iunii. M. D.

LXII.


VNA CVM RE-
sponfione Sanctæ
Synodi.



R I P A E:

1562.

11



© R. A. T. H. O.
HAYES & GREAT BRITAIN
LONDON & NEW YORK
PUBLISHED BY HAYES & GREAT BRITAIN





ORATIO

HABITA AB ORATORE ILLV-
STRISSIMI D. ALBERTI DVCIS
BAVARIAE IN GENERALI

Congregatione Sacri Concilii Tri-
dentini, sub S. D. N. Pio PP:

IIII. die XXVII:

Iunii. M. D.

LXII.



QVANDO quidem S. D. N. aliquoties
perquam paterne, atque uos ipsi Reueren-
dissimi & Illustrissimi Sacri Concilii Tri-
dentini Praesides etiam amice, Vt ad cele-
brationem huius tam Sancti tamque neces-
sarii instituti Legatos mitteret Illustris. &
Serenissimum Principem, dominum Alber-
tum Comitem Palatinum Rheni, Superio-
ris Inferiorisq; Bauariae Ducem &c. exhor-
tati estis, sui muneris esse putauit Illustrissima sua cellitudo, ne
cum Princeps sit Catholicus, nihilque magis elaboret, quam salua ut
sit Catholica religio nostra, tam necessario tamq; Sacrosancto ope-
ri deesse uideretur, decreuit sane Legatum suum ad Concilii nego-
cium oportunitis mandatis instructum ablegare. Quod quidem iam
ipso facto praestans, ablegauit & misit praesentem me Illustris. suz

Celsitudinis seruitorem, cum plenissimo mandato, ut suæ Illustrissimæ Celsitudinis nomine paucula quædam Sacro Concilio proponam, & postea etiam ubi usus & oportunitas erit, tractarem, agerem, atque efficere curarem, quæ & e honore Sacri Concilii & Illustrissimæ suæ Celsitudinis officio esse uideantur.

PRINCIPIO igitur tam ipsis Reuerendissimis & Illustrissimis Concilii Præsidibus, quam reliquis Reuerendis. Patribus plurimam & deuotissimam affero Illustrissimæ suæ celsitudinis nomine salutem, amicitiam ac beneuolentiam. Et profecto summopere lætatur Illustris. sua celsitudo, quod Sacrosancti huius Tridentini Concilii non modo auspiciato initium factum sit, sed etiam feliciter progredi actiones eius intelligantur, & quidem eo modo, ut omnes pii merito queant felicissimum euentum sperare. Quamquam uero, siquidem est secularis, atque id circo Illustrissimam suam celsitudinem minime decet in Concilio aliquid uel decernere uel præscribere in rebus spiritualibus. Sed tamen secularium Principum cum interfit uel imprimis, ne quid autoritatis quo minus feruens Concilii cursus procedat feliciter, deesse uideatur; eam tamen ob causam me potissime misit Tridentum, quippe ut Concilium Illustrissimæ suæ celsitudinis nomine cohonestem, concelebrem, ac si fieri possit, adiuuem etiam pro uirili mea: hac tamen habita ratione ut meminerem Illustris. suam celsitudinem esse sæcularem non spiritualem Principem, cuius sit non dare sed accipere leges ab Ecclesia. Hæc etenim quoniam pia mater familias est, atque legitima diuinarum rerum dispensatrix, solensque & salutaris medica, cui nullum medendi modum præscribere debemus, sed morbum ostendere, & efficacem sperare medicinam.

COMMVNES quidem Germaniæ morbos proculdubio Reuerendis. Sacri Concilii proceribus notos esse, nec dubitandum existimat Illustris. sua celsitudo, quin etiam audierint quo in statu Bauricæ nunc Catholica religio uersetur: Quandoquidem enim aliæ prouinciæ, quæ Bauriam circumquaque propemodum cingunt, diuersis sunt uariisque infectæ erroribus eosque non fouent modo apud se, sed propugnant etiam pertinaciter, propagantque quoad fieri potest, summo studio, facile existimari potest, quanto partim dolo, partim manifesta uii in Bauriam irruere conentur sectæ, quarum aliæ quidem aliqua diligentia autoritateque Illustris. Principis mei, hætenus repressæ sunt, aliæ nescimus quo

Inſœclis Ba uariæ fato, ſam in ipſa uiſcera Bauariæ penetrarunt, eaſque nuuc (quod uehementer dolendum) radices egerunt, ut uoto magis quam factio extirpari poſſe cenſeantur. Superioribus annis habita eſt totius prouinciæ tam in Clero quam in populo de fide Catholica & de honeſtate morum uiſitatio: In fide autem & in ipſa religione noſtra, quot repertæ ſint & quantæ hæreſes, nimis longe foret ſi omnes deberent recenſeri. Craſſiores igitur genera tim perſtringi poſſunt, cum uniuerſe explicari non queant.

REPERTI ſunt enim inter paroches cæterosq; miniſtros Eccleſiarum, quorum alii ſunt Zuingliani, alii Lutherani, alii Flacciani, alii Anabaptiſtæ, alii qui Manichæorum dogmata reuuant, alii qui Eunomianorum, alii qui Louiſianorum, alii qui aliorum delramenta & errores ſectantur atque propagant. Hæc Catholice fidei noſtræ zizania, quoniam Prælati pullulantia paſſim in ipſis herbis non extinxerunt, & iam mox adulta extirpare non potuerunt, eo nunc res deuenit, ut ſi quis nunc hæc zizania eradicare conetur, metuendum ſit ne bonum triticum conculcet, Zizania tamen non euellat penitus. Nam huius peſtis contagio non modo in fece infimæ plebis, ſed etiam in penetralibus ſtatuum ac Reipub. maxime autem nobilium ac cuium uerſatur, qui ita animis errore corruptis, quotidie magis magisque uicinorum ſectariorum commertio abſurmantur, ut foris cum aduerſariis non occulto ſentiant, domi uero nihil non ſedulo faciant, quod inuehendis erroribus percommodum ſit, & Sanctiſſimis præſcorum conſtitutionibus pernicioſum. Ita ut quacunq; omnino ratione id agant unum, ne locus amplius relinquatur ſanæ & Catholice doctrinæ tutus aut integer. Vnde uiri prudentes quam difficilis ſit & quam periculofa in iſtis Ducatibus gubernatio, facile iudicare poſſunt.

HVIC autem malo magnam anſam fuiſſe præbitam omnes homines ſani fatentur, cum a Clero, tum a populo: quando hic nullum poſſit inter doctrinam & doctorem diſcrimen cernere, ille id ſibi ſemper licere quod liberet arbitraretur. Tametiſi autem degenerantis populi malitia tanta eſt, ut per ſe huic ſubſequuta hæreticæ contagioni abunde materiam dederit, tamen dubium haud uidetur, quin, cum Clerus ſal terræ eſſe debuerit, inſatuatus ſit, nec ad eam rem ad quam maxime oportebat, utilis, magnam in Clero culpam huius mali uerſari omnes ſapientes oporteat conſi-

teri: In uisitatione nuper habita, quanta omnis generis flagitia
 in moribus Cleri comperta sunt: quanta socordia & supina negli-
 gentia, in quibusdam proceribus seu Ecclesiarum praelatis, aurium
 pudore, ne manifestetur prohibemur, ipsa morum turpitudine effla-
 gitat, ne maneant diutius immendata. Atque hæc si quis uellet
 figillatim, prout per sese res ipsa habet, atque explorate constat,
 enarrare, castis piisque Reuerendis. patrum auribus omnino fie-
 ret molestum, aliis uero qui minus firmati sunt, ingens periculo-
 sumque offendiculum præberetur. Quam ob rem Illustris. Prin-
 ceptus meus hoc abunde satis existimat si uobis Reuerendissimis &
 Illustris. Tridentini Concilii Legatis atque patribus salt em per oc-
 casionem insinuaretur, ut duntaxat accuratissime uobiscum per-
 pendatis, quam infructuosa doctrinæ emendatio futura sit, nisi prius
 doctores qui tanquam uasa doctrinæ iudicantur, ab omni sorde mo-
 rumque foetore, expurgati represententur populo. Omnes sapien-
 tes peritique uiri unanimi sententia hoc asserunt, hoc efflagitant
 penitus, ut prius Clerus Ecclesiarumque ministri ac doctores a
 uitæ sordibus repurgentur, quam ulla queat fructuosa doctrinæ
 discussio ac determinatio foeliciter inchoari ac definiri salutariter.
 Deinde nec paruum momentum uidetur quod hæc perniciofa con-
 tagio non modo non cessat tam longo tempore, sed subinde gran-
 descit, etiam multis uariisque amplificata accessionibus. Quippe
 Clerus noster tantis Ecclesiæ calamitatibus nullo modo neque af-
 ficitur neque affligitur, sed multo magis insolescit, gulæ, libidini-
 busque indulget, ac quasi uelit in contemptum Dei hominumque
 omni genere uitiorum se copertum potius palam cognosci, quam
 minima aliqua in re emendatum animaduerti. Ut cætera Cleri
 uitia quæ cum populo communia habet taceantur. At certe libido
 illa in Clero nimis libera atque notoria, propter quam is nunc po-
 tissime infamis est, a plebe irritatoque populo alienissima esse
 iudicatur. Siquidem politici magistratus nullum in ciuili socie-
 tate ciuem ferunt, qui palam scortetur, domique suæ quasi in
 publico lupinari scorta fouere studeat. In proxima uisitatione per
 Bauariam facta, tam frequens concubinitus repertus fuit, ut uix
 inter centum tres uel quatuor inuenti sint, qui aut manifesti concu-
 binarii non fuerint, aut clandestinæ matrimonia non contraxerint,
 aut uxores palam non duxerint. Quæ morum turpitudine in Clero
 uehementer offendit imperiti populi animos tantopere, ut sacerdo-
 tium una cum sacerdotibus, doctrinam una cum doctores exe-

eretur, dirisque deuoneat. Ita ut sit confestim paratus ad quamuis
sectam exire potius, quam redire uelit ad Ecclesiam:

Praterea nec pauci homines a nobis deficiunt ad sectarios ob
utriusque speciei prohibitionem, cum arbitrentur de commu-
nitione utriusque speciei expressum Dei uerbum extare, de una spe-
cie nullum reperiri. Huc accedit quod utriusq; speciei usus non mo-
do in primitiua Ecclesia sed etiam nunc in omnibus Orientalibus
Ecclesiis frequens est, & quidem celeberrimus: quin nec Romana
Ecclesia olim ab eodem usu abhorruit, quemadmodum ex uariis
diuersisque historiarum monumentis edoceri potest. Nec sane id
parum mouet homines praesertim in Bauaria, quod Paulus tertius,
aedita bulla sua concessit Germanae Episcopis potestatem commu-
nicandi populum sub utraq; specie. Quod quidem summi Pontifi-
cis decretum urgent summi & infimi, Illustrissimiq; meum Prin-
cipem eam ob causam uehementer culpant, quasi (quod abest pla-
ne) diuinam institutionem contra expressum Dei uerbum inuideat
subditis suis. Ea inuidia, quoniam Illustriss. sua celsitudo uehemen-
ter grauatur, frequentius subditorum quaerelis apud alios Germa-
niae Principes odiumque hoc sui aequae domi ac foris adeo subinde
exasperatur, atq; increbrescit; ut pleriq; quibus ueloces pedes sunt
ad effundendum sanguinem nihil expectent audius, quam aliquam
praebere mouendis tumultibus occasionem. Hinc procul dubio
Reuerendiss. Illustriss. S. Concilii Praesidentes atq; patres perspi-
cua uident quanto in periculo uersetur Illustriss. & Clementiss.
Princeps, propter prohibitionem utriusque speciei. Itaque libere fa-
tetur, nisi autoritate Tridentini Concilii hisce malis quae a nobis
commemorata sunt, salutaris medicina primo quoq; tempore adhi-
beatur, Illustriss. suam celsitudinem nullo modo in tanta animorum
exacerbatione subditos suos regere posse, atq; in legitima obedi-
entia continere aliter, nisi ut magno suo dolore & haud incerta
Syncerae Religionis iactura inuitus aspiciat tandem, quod prohibe-
re solus ne queat.

Quanquam uero, sicuti antea dictum est, Illustriss. & Clementiss.
princeps meus haec grauamina eo anmo non proponat Sacro
Concilio, quasi praedudicium aliquod adferre aut iudicium auferre
uelit, cum non ignoret quid postulet officium saecularis Christiani
Principis, quem deceat, se obedientem Apost. Sedis filium & non
iudicem controuersae religionis in Concilio exhibere. Quapropter
cum haec talis suspicio procul a persona Illustrissimae suae celsitu-

dinis submota sit, tum illud non de dedecere se arbitratur, Si saltem quid sibi hisce rebus remedii salutariter adhiberi posse uideatur, familiariter & .q. consultandi gratia S. Concilio insinuet.

P R I M V M igitur quantum attinet ad submouenda publica scandala Cleri, quibus imperitus populus permotus subinde magis magisque efficitur a Catholica religione nostra alienior, Illustris. celsitudo, sua putat huic communi morbo duobus remediis occurri posse. Quorum prius ut Clerus iuxta antiquos Canones reformetur. Alterum ut Prælati dent operam erigendis domesticis scholis, & amplificandis publicis academiis. Reformare mores Cleri sapius a diuersis Germaniæ Episcopis tentatum est parum feliciter, ac sine omni fructu: quemadmodum re ipsa comper tum est, cum tam ardua negocia non tam singulorum Præfulum autoritas quam consensus uniuersorum rectissime utilissimeque expediatur, dum alii ne suos capitulares confratres offenderent, conuiuere uisi sunt alii, si quid tentarent (ut fecerunt certe quidam optimi Antistites) nihil tamen efficere idcirco potuerunt, quod Episcopi ceteri idem non uersati sunt, reformandi institutum. Quo circa existimationem priuatam reformationis operam inutilem fore & infructuosam, nisi eo accesserit Generalis Concilii autoritas, ac legitima executio decretæ reformationis.

N E C uero ignorat Illustrissimis Princeps, quid a plerisque ne serua aliqua morum repugnatio suscipiatur obici soleat, Cum uerendum sit, si Clerus ex rigore antiquorum Canonum reformari debeat, fore omnino, ut plerique omnes præsertim Parochi Parochiarumque ministri, (qui fere omnes concubinarij sunt) suas Ecclesias deserant & confugiant ad sectarios, ubi concubinas liceat in uxores sumere, & unumquenque ex libertate carnis, ita, sicuti uelit, uiuere. Negari haud potest, quin hæc omnia in malis sacerdotibus expectanda sint, in bonis autem nullo modo. Verum ut cunque hoc metuendum uideatur, non defuit tamen olim nec nunc deest huic malo nodo congruens cuneus. Nam diligentem operam impendere Antistites debebant, educando Ecclesiasticæ iuuentutis seminario; & quo in locum eorum qui uel apostasia abrepti, uel morte defuncti essent, restitui possent. At enim uero hæc necessaria diligentia cum neglecta est, atque hinc ista honesti Cleri inopia emerfit: in primis ne cessarium uideatur, ut summo studio

Sacrosancta Synodus Tridentina legitimum aliquem modum ex cogitet, quo inopia Cleri auferri possit, copia restitui. Multæ enim adhuc sunt in Catholicorum principum Territoris opes: quarum alix in continua simonia uersantur: alix tenentur ab hominibus indoctis, impuris, inutilibus: alix etiam per fraudem eorum qui bona uel maxime tueri debuerant, extinguuntur passim, ab Ecclesiis alienatæ & translate in usus prophanos. Nec dubium est quin si hæc Ecclesiastica bona in certum ordinem redigerentur, posse inde selectum aliquem & copiosum Ecclesiastici seminarii in iuuentute plantari coetum, & ex eo coetu subinde, ubi necessariæ utilesque personæ requirerentur, tanquam ex instructa officina cateruatim depromi. Atqui uero si hac uia collabescenti Ecclesiæ occursum non fuerit, timendum prorsus, ne aliquando Catholicos, tam uisitariorum expugnatos esse, quam domesticis copiis desitutos peruisse, conueni oporteat.

Q Vapropter Illustrissimus Princeps amice submissequæ admonet Si Concilii Reuerendiss. ac Illustriss. dominos Legatos, coeterosque patres ut hanc rem sibi uelint imprimis esse curæ, ne posthac tanta educandæ iuuentutis negligentia Prælati permittatur. Sperandum enim magnopere, mirabiliter suas Ecclesiæ uires pedetentim restitui posse, si sedulo operam nauaremus erudiendæ copiosæ iuuentuti, & ornandis fouendisque piis ac doctis hominibus, qui Ecclesiam doctrina aduersus hæreses tueri queant, & submouendis inutilibus flagitiosisque sacerdotibus, qui suis moribus turpissimis Ecclesiam uehementer deformant, & sua inficitia labefactant non mediocriter. Illustriss. uero princeps meus quid grauissimis sumptibus & perpetuo studio hac in re conatus sit, referre iactanter minime coepit; testes autem habet quamplurimos tam eos ipsos quos liberalissime etiamnum fouet Doctores, professores atque Sacerdotes, quam uicinos provincialesque Episcopos, & alios etiam Catholice religionis amantes.

C AETERUM existimant plerique uiri rerum Germanicarum periti, tale nunc esse in Germania sæculum, quasi quandam occultam naturæ uim, quæ non modo omnes libidinosos, sed etiam moderatos uereque Catholicos eo perduxit, ut plerique omnes castum matrimonium contaminato cœlibatui præferendum arbitrentur. Quam ob rem animaduertitur passim præclara ingenia

doctissimosque homines ducere uxores malle, ut careant Ecclesiasticis beneficiis, quam Ecclesiastica beneficia acceptare & carere uxoribus: Videlicet cum uideant reliquam Cleri multitudinem gula libidinumque flagitiis copertum, magno detrimento esse ac dedecori Catholicae religioni, ne ipsi in hoc contaminationis grege uersari cogantur, eorumque uideri consimilimos. Hinc etenim doctorum hominum in Clero penuria exitit, hinc Cleri detestanda inficitia traxit originem, hinc haeretici sumpserunt uires, Ecclesia uero debilitata est. Periti igitur qui praesius hac negocia accuratiusq; discussissent, existimant quod ad subleuandam penuriam docti idoneique Cleri, uix alia ratione praesertim hac aetate nostra in Germania Clerus instaurari ac saltem ad obeunda necessaria Ecclesiae munera satis frequens haberi queat, nisi morae primitiuae Ecclesiae docti mariti et ad docendum instructi admittantur ad sacros ordines praesertim uero ad praedicandum et amplificandum populo uerbum Dei. Legis enim diuinae cum non sit, ut oporteat hominem Sacerdotem esse coelibem, siquidem constet ex ueterum monumentis atque historiis, maritos sacris ordinibus initiatos esse, & non modo ad sacerdotii dignitatem, sed etiam ad sublimitatem Episcopi peruenire: Quapropter hanc rem uideri eiusmodi esse, cui qua uis diuinum non sit, ut S. D. N. Sacriq; Concilii autoritas possit ex instinctu diuino id statuere pro necessitate laborantis Ecclesiae, quo status Cleri instaurari queat, ac uires sectariorum infirmari. Verum hoc non aliter in Concilio proponi iussit Illustriss. princeps meus, nisi ut Reuerendiss. patres Germaniae morbos tanto diligentius inspicere queant, & quid remedii salubriter adhibendum iudicent, oportuno loco & tempore constituere.

POSTREMO uero quia fuit hoc Consilium statim ab initio huius exortae dissensionis piorum doctissimorumque hominum, ne tantopere ob unius alteriusue speciei usum tanta certamina instituerentur, ipso rei euentu animaduersum est quod plenaeq; prouinciae in Germania in obedientia sedis apostolicae retineri potuissent, ab omni reliqua sectariorum labe immunes, si moderatio quaedam in re, natura sua indifferente, admissa fuisset. At uero cum populus utriusque speciei usum, quasi ex diuina institutione sibi debere arbitraretur, cumque uicissim is usus a praelatis constanter denegaretur; surreptitii sectarum duces eam occasionem nacti sub praetextu diuinae institutionis & concepto odio irati populi, non so-

lum hoc sanctæ Eucharistiæ sacramentum penitus prophanarunt, sed etiam sub eodem prætextu diuersa hæresium semina longe lateq; adeo efficaciter disperferunt, ut nunc occasione utriusq; speciei non modo populi Germaniæ, sed et reliquæ nationes instar torrentis ab Ecclesia Catholica defluere uideantur. Vt autem hæc ista tam frequens defectio tamque feruens decursus saltem inhiberi aliquo modo possit, prudentium uirorum iudicium est, si S. D. N. ex plena potestate sedis Apostolicæ & ex iudicio S. Tridentini Concilii Laicis utriusque speciei communionem benigne largiretur, fore, ut qui hæctenus sedi apostolicæ obediens remanserint, in posterum quoque obediens permanfuri, ac si qui leniter deflexerint ad obedientiam reuersuri existimentur, quemadmodum in nonnullis cognitum est, qui ex indulgentia Pauli tertii compotes deuotio nis suæ facti essent, reuersi sunt ad Ecclesiam,

CVM igitur hæc tria, turpis uita Cleri, concubinatus sacerdotum, & prohibitio utriusque speciei principales causæ sunt cur tanto odio Catholicorum tantoque studio nouitatis populi rationesq; ab obedientia Apostolicæ sedis resiliant, conferantq; se ad diuersos sectarum Duces, periti sane Catholici uiri arbitrantur, nullis aliis præfidiis hoc tempore populum studio nouitatis tumescen- tem, ne sensim in manifestam defectionem prorumpat, in obedientia Sedis apostolicæ retineri posse, quam si ad submouendos uitio- sos sacerdotes idoneus Clerus ex instauratis scholis copiose educa- retur: ad tollendum turpem concubinatum castis maritis sacri or- dines concionandique in primis facultas, conferrentur: ad placandos irritati populi animos utriusque speciei usus permetteretur. Quia uero dubium non est, etiam si hæc tria ex quadam Catholice matris Ecclesiæ indulgentia per auctoritatem præsentis Conci- lii rite ordinaarentur, tamen sectarios duces seductosque populos idcirco ad Ecclesiam non reuersuros esse, cum palam ceditis libris non dubitent obfirmare sese quod nunquam uelint Romanis Pon- tificibus ullam obedientiam præstare. Itaque non uult Illustris- simus Princeps meus hanc suam sententiam sic accipi, quasi illis tribus concessis putes hæreticos posse ad Ecclesiam reduci, sed eam esse multorum piorum hominum opinionem, quod isto mo- do Catholici populi reliquæ in Germania confirmari atque retine- ri aliquo modo possint, cum hoc tempore non tam necessarium ui- deatur ut refutentur aduersariis, quam ut queant fulciri domesticæ summæ nostræ, quæ nunc non minus domi graues sunt quam foris.

aduerfariorum machinationes. Atque hoc illi qui enodatus præfen-
 tis Ecclefiæ flatum ad limam ducunt, eo interpretatur, ut opinen-
 tur in præfenti Concilio Tridentino nihil prius ducendum esse,
 quam ut ante omnem cuiusvis dogmatis explicationem, necelfario
 præcedere debeat eiusmodi morum in Catholico Clero rebusque
 Ecclefiasticis, (de quibus paulo ante facta mentio) reformatio ;
 Vt cum personæ Clericales præfinitæ innocentis uitæ suæ testimo-
 nium uulgo receperint, tandem maiori apud populum autoritate
 ac fide id possint, quod in Catholica fide nostra uerum est, constan-
 ter docere, quod falsum refellere : Nec est ullus persuadendi mo-
 dus quo Clerus populo reconciliari potest, & audientium sibi para-
 re aditum, nisi palam constet anterioris uitæ inquinamenta abie-
 cta esse, atque purioris uitæ documenta palam exhibeantur .
 Quo circa omne Tridentini huius Concilii studium profus inane
 futurum creditur, nisi omnis huius mali origo atque scaturigo,
 quasi in ipso fonte, hoc est, in Clero eluatur atque repurgetur,
 quo meliore auspicio repurgata fontis origo, in reliquos uniuersæ
 Ecclesiæ riuulos deduci posse, uulgo cognoscatur . Postea
 uero, quum talis facta reformatio, cum etiam honestioris Cleri
 atque doctioris suppeditata est copia ; cum turpem concubina-
 tum Sacerdotes depofuerunt, receperuntque uicis in sui licitam
 medicinam a Concilio suppeditatam, siue constantem sponta-
 nei uoti obseruantiam ; cum etiam populus ad huc apostolicæ
 Sedis autoritate non profus exautoratus, de communione
 utriusque speciei mediocriter placatus existimatur, tunc denique
 tempus erit, cum omnia nostra domi fieri confirmatoria, ut de
 dogmatibus ineatur aliqua solidior disceptatio aduersus hæreses .
 Qualis autem & quæ hæc disceptatio cum fructu Catholici religi-
 onis suscipere possit, Illustrissimus Princeps meus solus non scit
 fortasse optime, sed intelliguntur piorum hominum & Catho-
 licorum hæc de re non inanes uoces haud obscure . De qua
 etiam si suæ quoque Illustrissimæ celsitudinis opinio aliquando
 requiratur, posset ea qua aliquo modo explorata sunt, non
 importune referre . Verum hoc tempore quando hoc tantum est
 propositum legationis Illustrissimæ celsitudinis suæ nihil aliud uel-
 le in medium Concilii per me afferri, nisi ut cogitetur, non tam
 modo uel refutarisectarii queant, quod durum est, uel reduci quod
 multo magis dubium sed potius quomodo hæc afflictæ Catholici po-
 puli reliquæ possint corroborari, stabili atque reduci ad meliorem
 Eccle-

P. 111

Ecclesiae statum. Non enim uidetur satis oportūm uelle omni conatu aduersae religionis copias inuadere, & non prius omne studium impendere, ut ante omnia nostrae uires recte domi constitutae sint, & ita quidem confirmatae, ut tam singulae quam uniuersae, uniuersis ac singulis contrariis possint opponi feliciter.

REVERENDISS. autem Illustrissimique Sacri Concilii Legati caeterique Patres, hanc Illustrissimi & Catholicissimi Principis mei qualemcunque suggestionem, forsitan non satis elaboratam, amicam tamen beneuolentissimamque suapte natura boni consulent. Constantem enim sperat, nihilque penitus dubitat Illustriss. sua celsitudo eidem Sacrosanctae Tridentinae Synodo hanc suam deuotissimam iuuandae Ecclesiae deliberationem si non inferuire commodissime, ulterius tamen de grauissimis istis Ecclesiae afflictionibus cogitandi materiam & occasionem subministrare posse: Deum enim summum testatur nihil esse eorum omnium per me propositorum quae ipse temere absque consilio sibi expetat, ac non potius extrema esse Reipub. Christianae adhibenda remedia putet: Ad illum ipsum Illustrissimum & piissimum Principem meum quod attinet, ita firmissime animo propositum habet, cumque Dei benignitate auitis in religione & doctrina Catholica uestigijs fortiter insulat, nihil existimat tam necessarium tamque pium uitae suae munus, quam id pro uirili efficere & obtinere, ut ii quos regendos tutandosque Deus illi commisit, perpetuo secum habeant recte, orthodoxe, & Catholicae credendi, pieque secundum instituta

Patrum uiuendi commoditatem. Gratisimum uero quouis tempore Illustriss. suae celsitudini futuram est, si quae hucusque in religionem Catholicam praestitit, libentissimo sane animo officia auctiora post hac & cumulatiora ingenti subditorum ac patriae fructu, redere ulla ratione poterit.

Dixi:

1-145

RESPONSVM SANCTAE SYNODI
IN ADMISSIONE ORATORIS
ILLVSTRISSIMI D. AL-
berti Ducis Bavariz in Generali Con-
gregatione Die. XXVII:
Iuni M. D. LXII:



EXCELLENS Doctor, & Magnifice D. Orator, in magna expectatione Sancta Synodus usque ad hanc diem fuit, ut aliquis ex nobilissimis Germaniz Principibus ad hoc Sacrum Concilium accederet, & sua presentia eam pietatem in Catholicam Ecclesiam declararet, quae in primis a Principibus uiris expectari debent: uel si ipsi grauioribus negociis impediti adesse non possent; Oratores suos mitterent, qui optimam illorum uoluntatem profiterentur. Inter ceteros autem, a quo omnia pietatis officia Sancta Synodus expectanda esse semper existimauit, Excellentissimus & Illustrissimus D. Albertus Bavariz Dux extitit, qui ueram, & Catholicam Religionem a Clarissimis, & Nobilissimis maioribus suis traditam, tanta fide, & constantia conseruauit, ut hisce miseris temporibus in tota Germania firmissimum Sanctae Apostolicae Ecclesiae propugnae uulm iure optimo habendus sit. Cum igitur graues rationes prohiberint, quominus ipse huc accederet, suumque egregium omnium Sanctae Synodo coram declararet, quod quidem eum praestitutum esse, si per alias occupationes sibi licuisset, dubitare non potest, summa laetitia affecta est, cum uirum optimis artibus praeditum suae uoluntatis testem, ac ueluti obsidem huc allegauit. Sperat enim fore, ut eius auctoritas nunquam defuisse uideatur ad ea peragenda, quae San-

Nam Dei Ecclesiam quacunque ratione iuvare poterunt . Quod
 igitur reliquum est, te Magnifice Orator, Sancta Synodus benig-
 ne accipit, mandatumque tuum; prout iuris est, libenter admit-
 tit; daturaque est operam, quod quidem hactenus diligenter, &
 sedulo curavit, ut ea omnia pie & religiose constituentur,
 quibus Dei cultus magis amplificari, & fidelium
 saluti, ac tranquillitati commodius con-
 suli posse, afflante Spiritus sancto,
 qui optimorum confi-
 liorum auctor est,
 iudicarit .

Ia
 anc
 inci-
 rax-
 e in
 bus
 qui
 em,
 em-
 Ba-
 Cla-
 on-
 ania
 opti-
 quo-
 Sy-
 i per
 latti-
 tatis
 eius
 Saa-

142


Dei...
...
...
...

ORATIO

IN...
...
...

...
...
...





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
107

Misc I.C.c. 121

14

133



O
RE ILLV-
I DVCIS
RALI
Tri-
P:



RIPAE:

1562.